

§. V.

Noftram fententiam vt exponamus, largimur quidem DD. ante excitatis, poffe *filium ingratum* alimentis a patre priuari; quando vero iidem ad *cauffas exheredationis* tanquam ad facram anchoram confugiunt, tunc non diffitemur aliam nobis federe fententiam, nec vllam alimentorum, *qua ingrato*, denegandorum, a nobis admitti cauffam, quam qua pater *directo & immediate* læditur. Consent. COLER. *de Aliment. l. 2. cap. 12. n. 14.* B. STRYK. *Vf. Mod. ff. Tit. de adnosc. & al. libb. §. 7.* Vnde etfi facile demus, filium, qui e. g. patri manus intulit, vel infidias vitæ struxit, vel eundem criminis adcaufauit, ab alimentis petendis remoueri, in alia omnia tamen eundem cenfemus, quando SVRDVS *d. Tr. Tit. 7. Q. 2. n. 7.* ENENCKEL *d. Tr. priuileg. 2. cap. 7. n. II.* etiam *ob hærefin* filio iufte alimenta denegari contendunt, quum pater hoc pacto plane non lædatur, & filius, quantumuis hæreticus, omnes amantiffimi & obfequentiffimi filii partes erga patrem implere, atque adeo ingratitude notam effugere queat. Add. COLER. *d. Tr. lib. 1. cap. 5. n. 23.* Sed condonandus hic næuus ac Zelus intempeftiuus ICtis pontificiis, qui a puero ita imbuti, nomen hæretici audientes monftrum hominis fibi fingunt, odio plus quam vatiniano dignum, atque adeo alimentis merito priuandum. Quibus recte occinas illud SENECAE *de Ira lib. 1. cap. 14.* *Non eft prudentis, errantes odiffe, alioquin ipfe fibi odio erit - - - quanto humanius mitem ac pacatum animum præftare peccantibus [errantibus] & illos non perfequi, fed reuocare.*

§. VI.

Caue tamen ea quæ §. præced. adlata in peiorem rapias partem, ac fi filius ingratus *omnibus omnino* alimentis priuari poffit; fed separanda heic funt alimenta *ciuilia a naturalibus.* Illa cum COLERO *de Aliment. lib. 1. cap. 1. n. II.* defcribimus, quod